



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 3. In quasnam bestias homo malus ex Epicteti sententia vertatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

§. III.

In quasnam bestias homo malus ex Epicteti
sententia vertatur?

Quas verò in bestias mutantur homi-
nes, eversa per peccatum rationali natura,
indicavit haud obscure idem Epictetus,
apud Arrianum his verbis. *Melius quid-* Arrian:
l. 1, cap. 3a
dam habes carne. Quare, misso illo & negle-
cto, carni duntaxat es deditus? Ob huius so-
cietatem declinantes à meliore, natura quidem
lupis similes effimur, dum sumus perfidi &
insidiosi, & ad nocendum parati: leonibus, quia
feri, & immanes ac truculenti: maxima verò
pars vulpecula sumus, aut si quid aliud in ani-
malibus pro monstroso habetur. Etiamné aliud
quiddam est maledicus, aut malevolus homo,
quàm vulpes, aut si quid ea est vel ignobilius
vel contemptius? Circumspicite itaq; & cura-
te, ne quando huiusmodi calamitatibus obno-
xios fieri vos accidat. Et alio libro. Quid Idem l. 4.
cap. 5.
verò est, quod illū hominem esse dixisti? Quaeq;
enim res ex figura simplice non est indicanda;
alioqui cereum quoq; malum pro malo habeas;
ipsumq; & odorem & saporem mali habere
contendas. Figura externa circumscriptio satis
non facit, ut rem esse aliquam pronunciemus.

Quam-

Quamobrem ut homo dicatur quispiam, satis non est, nasum & oculos habere: sed cum hominem esse censeo, si ita ut hominem decet, senserit. Aliquis est, qui rationem non percipiat, nec castigatus obtemperat: Talis nimirum pro asino est habendus, pudorisque sensum deposuit omnem, inutilis est, & quidvis potius quam homo. Is nimirum querit aliquem, quem calcibus, aut dentibus impetat. Quocirca nec asinus est, nec ovus, sed fera quadam, & immanis bestia.

§. IV.

Philonis & S. Gregorij Nysseni de hominis in bestiam metamorphosi sententia.

Ne autem Epictetus hæc ex schola Stoicorum, censurâ quadam Stoicâ, habuisse videatur, etiam alios in hanc sententiam iuisse monstrabimus. Philo doctissimus Iudæus, Chaldaei, inquit hominem Enos vocant, ac si solus verè homo sit, qui res bonas expectat, & bona spe se sustinet. Vnde manifestum est, quod spe carentem non hominem existimant, sed bestiam humana forma preditâ, cui desit spes proprium ornamentum humana anime. Immò usque adeò talis est bestia humana forma predita, ut D. Gregorius Nyssenus in illud: Et presit bestiis ita scribat: Impera

Philo in
lib. de
Abrahâ.
circa ini-
tium.

S. Greg.
Nyssen.